[1566. Ost.]

Anno MDLXVI Calend. Maii electus est in rectorem academiae vir doctrina, virtute, meritis in academiam et medicationibus clarissimus Vitus Ortel Winsemius senior, philosophiae et medicinae doctor ac graecarum literarum in academia professor, qui docendo et medicando huic scholae utilem et fidelem navavit operam annos supra quadraginta.

Aestas fuit calida et humida sed simul αὐχμώδης et squalida. Inde sub autumnum et rosae et nonnullae arbores, praesertim mali, iterum flores emiserunt. Nec nulla in constitutione aeris causa fuit, ut post solstitium commoverent sese contagia pestilentium morborum. Antecesserunt enim sub hyemis exitum ac veris initium prodigiosae fluminum ac diuturnae exundationes et aliquot continuis annis proximis fatales huic regioni Saturni cum Marte sub Leone congressus, ut et coelestes causae et propinquae ac materiales videantur aerem et corpora inferiora gignendis excipiendisque halitibus ac humoribus pestilentibus praeparasse. Deprehensa tamen in aere infectio nulla fuit, sed contagia in urbem ex vicinis oppidis invexit praesidium militare, quae, etsi non multas domos corripuerunt, tamen, cum disseminarent sese sparsim per urbem et saevicia veneni tanta esset, ut totas, quas corripuisset, domos depopularetur iugulatis universis, qui non e vestigio cedebant, causam praebuerunt dissipationi academiae. Cum ergo dilapsa esset frequentia scholasticorum, secesserunt etiam aliqui ex professoribus in loca tutiora, aliqui propter reliquias manserunt in statione et usitatas operas urserunt, cum non reperiretur locus in vicinia a contagiis immunis, qui simul universos hospicio exciperet. Hoc modo aliqua schola dei singulari beneficio conservata est. Autumni siccitas, quae tanta fuit, ut nonnullis in locis profundi putei deficientibus scaturiginibus exaruerint, repressit aliquantulum saeviciam veneni sed non prorsus extinxit. Nam contagia non penitus serpere desierunt, funera tamen fuerunt pauciora in dies. Frugum proventus rarior spe colonorum causam dedit magnae caritati annonae, sic ut nonnullis in locis praecium frumenti excreverit in triplum. Vini copia fuit mediocris.

Finitis comitiis Augustanis Germaniam passim occupavit et exercuit apparatus belli Turcici Maximiliano imperatore totis sese viribus accingente ad excipiendos et avertendos numerosos exercitus Turcarum, qui ipso Solimanno, quanquam sene admodum, imperatore tamen ac duce in Pannoniam adventabant. Secuti sunt signa Maximiliani ex principibus Germaniae: fratres duo archiduces Austriae Ferdinandus et Carolus, Wolgangus et Richardus, duces Palatini ad Rhenum, Carolus, marchio Badensis, Iohannes Fridericus, dux Pomeraniae, Ioachimus Georgius, marchio Brandeburgensis, ex Silesia Georgius et Henricus, duces Lignicenses, Carolus Munsterbergensis, comites plurimi interque coeteros: Guntherus Schwartzeburgensis, Belgicis expeditionibus clarus, Burchardus Barbiensis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eccius Salmensis, Georgius Helffensteinensis, flos equitum Germaniae et nobilitatis Austriacae, Boemicae, Silesiacae et Moravicae, ex Italia: dux Ferrariae, ex Gallia: dux Guisianus, uterque cum magna nobilitate. Coierunt sed diversis in locis supra centum quinquaginta millia hominum interque hos circiter triginta millia equitum conscripta ex Germanis, Ungaris, Italis, Gallis et Burgundis. Pars minima de exercitu tanto cessit Lazaro Schwendio, qui mansit in antiquis castris ad Tybiscum oppositus regulo Transylvaniae Iohanni. Nam is impetratis auxiliaribus copiis a Solimanno et mercede conductis Tartaris Praecopitis triginta millibus validum in ea Pannoniae ora exercitum instruxerat. Alteram duxit Carolus, imperatoris frater, e Stiria et Carinthia iuxta Dravum fluvium contra Solimannum molientem obsidionem Sigethi. Cum tertia fuit imperator ipse egressus Vienna duodecima Augusti comitantibus eum iis quos dixi principibus. Sed praemisit maturius copiarum bonam partem ducibus comite Salmensi et Helffensteinensi, qui depulso Achomate, bassa Albae Regiae, ab obsidione arcis Ballotae Vesprimium, urbem episcopalem, sic a candidae aquae fontibus denominatam, cum arce ipsa ultima die Iunii, castellum Totisium vicesima prima Iulii expugnarunt caeso praesidio Turcico. Imperator ipse cum ad Comorram pervenisset, non ulterius progressus castris ad ripam Danubii locatis ibi cum universo exercitu substitit et consedit.

Solimannum agmine bipartito supra ducenta millia hominum inque his lectissimorum militum supra centum millia in Pannoniam adduxisse de captivorum et exploratorum indicatione compertum est. Suntque comitati senem imperatorem quinque purpurati ex omni ordine praecipui: Mahometes bassa, Hali Porta bassa, Werka bassa, Mustapha bassa et Acomates bassa, bellerbeci tres: Mahometes Anatoliae, Acomates Rumbla Europae et tertius Caramaniae. Aiaci bassae, summo inter purpuratos propter aetatem, et domi imperium et custodiam urbis Constantinopolitanae imperator absens commendavit. Agmen unum circiter quinquaginta millium duce Hali Porta bassa ad obsidendam Iulam misit, quae subiecta montibus, qui Transylvaniam a reliqua Ungaria disterminant, ea parte, qua aditus ad Albam Iuliam patet, Transylvani regiam, tenebatur ab Ungaro Ladislao Keresinio valido praesidio, quod recens Schwendius auxerat duabus cohortibus Germanicis. Coniunxerant sese Hali bassae Turcae ex praesidiis vicinarum urbium Temeswaria, Segedino, Zolnecco. Cum altero agmine ipse Stiriam versus et Carniam lentius processit tumefactorum fluminum exundationibus detentus tandemque supra Belgradum Savo Dravoque fluminibus ponte stratis et copiis traductis ad obsidendum Sigethum se convertit, quod in palustri et uliginoso situm loco octo a Danubio, quatuor a Dravo miliaribus ac circumfluis aquis natura et opere munitum sed aggeribus fossisque in arcem, oppidum ac suburbana distinctum inde usque a cede Ludovici regis propugnaculum fuerat vicinarum regionum Carniae, Stiriae et Carinthiae. Tenuit urbem vir fortissimus et bellator acerrimus Nicolaus Serini comes, qui in bellis Turcicis aetatem omnem consumpserat, praesidio non magno, trium scilicet millium, sed exercitato et animoso. Solimanni exercitus urbem obequitando primum sese ostendit ultima Iulii. Oppugnatio coepta est deinceps circiter nonam Augusti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Harum expeditionum is fuit exitus, ut Solimanni exercitus decima quinta oppugnatione Sigethum vi ceperit septima die Septemb., cum propugnator, comes Serinensis, qui pontem occuparat repressurus irrumpentes, sclopeti globo traiectus fortiter occubuisset, — Iulam, quae secunda Iulii obsideri coepta est, Ladislaus Keresinius Hali Portae bassae secunda Septemb. tradiderit ex pacto, quod mox, cum exiret miles, Turcae violarunt praesidio universo circumvento et crudeliter trucidato, — Schvendius Turcas Tartarosque cum exiguis copiis gemina velitatione foeliciter superatos ex Cepusio ultra Tibiscum reiecerit et, quanquam impar esset viribus atque a rebus ad bellum necessariis imparatus et corpore aeger, retinuerit tamen ac defenderit superiore anno occupata universa. Cruenta admodum fuit Sigethi expugnatio et multo sanguine Turcis constitit. In prima oppugnatione enim Mahometem, Anatoliae bellerbecum, in antepenultima Hali Portam, inter purpuratos a Mahomete, genero Solimanni, secundum, expeditorumque militum cum e cohorte praetoria, quos Ianisaros vocant, tum ex Sansiachis, Agis, Spachiis, supra decem millia amiserunt praeter milites gregarios et Christianos captivos, quos primis ictibus obiecerunt. Horum vero periit ingens numerus. Accelerarunt victoriam Turcis clades geminę subito et improviso a fortuitis incendiis illatae obsessis, quorum unum ex ignibus ab hoste iniectis corripuit propugnacula pulvere tormentario conspersa hoc consilio, ut, si ea parte hostes irrumperent, inflammati intus pulveris vehementia disiicerentur ac repellerentur, alterum intra arcem mulierum incuria excitatum praehendit conclavia, in quibus pulvis tormentarius adservabatur; hoc magnam arcis partem dissipavit et multos oppressit. Nec parum momenti ad celeriorem victoriam attulit stratagema Hali Portae, qui aggeribus in fossas una ex parte actis opera captivorum contra arcem inde fossas ponte stravit tribus curribus arctissime longa serie, quanta scilicet latitudo fossae fuit, concatenatis atque in fossas per captivos protrusis. Caput comitis Serinensis a corpore avulsum bassa Budensis sindone involutum misit ad Eccium, comitem Salmensem. Solimannum ante expugnatam arcem affirmant in castris die quarta Septembris phagedaena extinctum esse, cui febris accessit, cum annum complevisset septuagesimum quartum mensis Martii die decima septima. Alii decima tertia mortuum ferunt. Sed mortem Mahometes gener inter purpuratos principes tanto studio occultavit, ut prius non innotuerit exercitui, quam per Aiacem bassam, urbis custodem, ex Asia Selimum, filium Solimanni, in Europam evocasset et Philippopolin traduxisset, ubi exercitus eum imperatorem salutavit. Ipse vicissim thesauros a patre relictos, ne a milite diriperentur, redemit donativo amplissimo. Hunc finem magnis sumptibus et apparatu magno susceptae expeditiones habuerunt.

Noster exercitus ad Danubium nihil memoratu dignum gessit ac ne tentavit quidem. Detinuit tamen victrices hostium copias, ne his ceu obicibus effractis post victoriam e vestigio populabundae in ipsam penetrarent Austriam. Postea Turcis partim revertentibus in Thraciam partim discedentibus in hyberna domum mense Octobri rediit. In his castris imperatoris et Schwendianis et Iulae ac Segethi supra viginti hominum millia perfisse existimantur per aestatem. Tartari immani saevicia infantulos mactatos assatosque atque decoctos devorarunt, niti-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diores suis dominis ad exquisitas miserunt epulas. Mulieribus praeciderunt ubera et domum revertentes magnum captivorum agmen abegerunt, quorum aliquos Schwendius, caeteros Transylvaniae incolas permotos indignitate rei hostibus eripuisse fama fuit.

Italia tranquilla fuit a bellis domesticis et externis. Sed pontifex Romanus in eos, qui impiis decretis synodi Tridentinae refragarentur studio religionis adversae, severe passim inquiri et comprehensos arctissime custodiri ad exquisita supplicia curavit. Expulit et Iudaeos ex sua ditione et ex urbe Roma ad tria millia scortorum et sodomitas aliquot vivos exussit, scilicet ut his exemplis Christianae politiae saltem externa vincula sibi tanquam hierarcho curae esse ostenderet, cum fidei et salutis Christianae fundamentum, puritatem videlicet repurgatae doctrinae odisset, oppugnaret et persequeretur magna atrocitate suppliciorum. In mari filius Draguthis pyratae cepit aliquot naves Hispanicas onustas commeatu, bombardis et aliis rebus necessariis.

Fuit et Gallia sine motibus. Sed in Belgico cum incolae non impetrassent in comitiis Augustanis, ut legibus pacis religiosae comprehenderentur et, quae denunciata iam erat ac suscipiebatur, inquisitio Hispanica tolleretur atque aboleretur, magni motus extiterunt ex occasionibus et principiis levissimis. Antverpiae enim promiscua multitudo irritata theatricis pompis ac spectaculis, in quibus idolum beatae virginis eo die, qui pontificiis sacer est memoriae assumptionis beatae virginis, a sacrificulis et monachis per totam urbem fuit circumgestatum, his ergo spectaculis irritata plebs evertit aras et statuas initio eius templi omnes, in quo collocatum idolum beatae virginis adservabatur. Inde progressa ad reliqua urbis et coenobiorum templa eodem modo et aras destruxit et comminuit ac dissipavit statuas. Initium motus huius fuit decima nona Augusti. Exemplum imitatae urbes aliae idem fecerunt duabus exceptis, Lovanio et Brugibus. Haec cum peregissent, fecerunt secessionem a pontificiis evangelici, quam gubernatrix Margaretha Austriaca, Caroli V. notha filia, cum sedare aliter concitatam et iam ubique dominantem multitudinem non posset, approbare coacta est admissis et sancitis conditionibus pacis de tollerandis utrisque et, ne alii alios vel laederent vel impedirent. Sua itaque sibi peculiaria templa extruxerunt evangelici et dissidio dogmatis de coena domini distracti in duas partes diversas templis etiam sese seiunxerunt. Graviter hanc mutationem tulerunt Hispani et, quanquam de vindicandis autoribus atque extirpanda religione consilia susciperent, exequi tamen illa tam subito nequiverunt, cum magna pars procerum in Belgico evangelicis adhaereret.

Danica classis in mari Balthico naufragium fecit obruta subita et vehementi tempestate. Perierunt multae naves et magnus militum numerus. Sepulta feruntur circiter novem millia cadaverum, quae mare eiecit. Terra Danus duce Daniele Ransovio direptionibus et incendiis eam regni Suetici partem devastavit, quae Scandiam attingit. Id cum Sueci prohibere conarentur, deventum est ad proelium, in quo Sueci victi amiserunt non parvam sui exercitus partem. Est etiam clades illata Suecis a classe Danica quanquam lacera. Ab hoc tempore de pace agi coeptum est inter reges interponentibus sese civitatibus maritimis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sequuntur nomina catalogo studiosorum sub hoc rectore adscriptorum.

Maio.

1. Clemens Marquar Montanus Holsatus
Clemens Brunsuius Cotubisinus
Petrus Ioannis Hegelius Ripensis
Ioannes Hemingius Hafniensis reveren. d. d. Nicolai Hemingii f.
Martinus Torchellius Gadpergius Danus
2. Ioachimus Ketlerus Göttingensis
Rhenerus Brun Bremensis
3. Benedictus Teuberus } filii d. Teub. praecedentis rectoris
Michael Teuberus }
Ioannes a Fletum Hamburgensis
Martinus Spangenbergius ex Kindelpruk
4. Christianus Zurhalius Thermensis Boiemus
Georgius Collibe Sehusensis ex antiqua Marchia
Conradus Bertholdi Beinensis ex ducatu Brunsuigensi
Conradus Kyen Hildesheymensis
Henningus Lampe Brunsuigensis
Andreas Malcho Repinen. ex veteri Marchia
Thomas Brendicke Repinensis
Andreas Schönkyrchen Repinen.
Ioannes Schottennius Heyligenstatten.
Henricus Hambrock Hamburgen.
6. Iacobus Trayer Argentinensis
7. Iudocus Vrsinus Nassouiensis
Petrus Clericus Antuerpiensis
Gabriel Rhauus Sehusensis ex veteri Marchia
8. Adamus Strabus Strelensis Silesius
Ioannes Weyss Strelensis Silesius
Petrus Vesius Magdeburgensis
Bernhardus Buschius Stadensis
Wolffgangus Koch Rhonbergensis ex superiore Lusatia
9. Georgius Zeulick Hedtstetensis
Salomon Kegel Hedtstetensis
Iohannes Stemmeiger Lemgouiensis ex Vuestphalia
Iohannes Froudenow Lemgouiensis
Albertus Iohannes Embdensis
Hicco Fridericus Nordensis
Petrus Virchow Falcenburgen. ex March.
Cosmas Neuwald Vuestualus
Rhenerus Vuendt Vuestualus
Henricus Tempus Springen. ex d. Brun.
Abrahamus Schartauus Magdeburgen.
Vuenceslaus Satbogius Tribouien. Morauus
11. Zacharias Zeidlerus Vuonsidelen.
Georgius Rhampusch Vuonsidelen.
Ioachimus Schönhusen Stendaliensis
Petrus Amelunus Stendaliensis
Iustinus Calcar Vuesaliensis
Matthaeus Scheppach Stresenhusensis ex Francia orientali
Conradus Stangius Eschwegen. Hessus
Iohannes Mage Luneburgensis
12. Thomas Scriba Oschaczensis
13. Andreas Gruphenius Helmstettensis
Iacobus Schultz Garlebensis
Valentinus Birstettius Garlebensis
Vitus Köning Garlebensis
Iohannes Cöpus Garlebensis
Iohannes Vanellus Oppoliensis Silesius
Georgius Idershausen Göttingensis
14. Iohannes Molitor Pürgelensis Thurin.
Henricus Brem Curiensis
Petrus Petreius Orschacensis Frisius
Balthazar Damman Zellensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Paulus Oderus Plauensis
Georgius Pöschel Pegnicensis
Iohannes Sifert Tornensis Prutenus
Martinus Caesar Schmalcaldensis
15. Casparus Herwardt Laubensis
Georgius Haustein Senfftenpergen.
Nicolaus Steydenrodus Eschwegen. Hessus
Andreas Gichtel Ratisbonensis
Iohannes Vuydenman Neuburgensis
16. Albertus Brenner Nürnbergensis
17. Stephanus Ieger Lubecensis
Martinus Beneke Pommeranus
18. Paulus Pautenbacher Nortlingen.
Constantinus Fabritius Nordtlingen.
Balthazar Riesser Nortlingensis
Iacobus Wick Nordtlingensis
Theodorus Danubianus Vnnensis
Paulus Rhaubar Kittingensis
Georgius Hoffman Onolczbachensis
Kilianus Eufelstett Kittingensis
20. Otho Gogreff Schaumburgensis
Bartolemeus Lauterbach Kemnicen.
Albertus Fridericus a Vuernsdorff
Wolffgangus a Vuernsdorff } Pruteni
Ionas a Vuernsdorff } Pruteni
Theodorus a Vuernsdorff } Pruteni
Fridericus Olsniz Prutenus
Dauid Binewaldt Prutenus
Michael Paxi Vngarus
Adamus Thordensis Vngarus
Emericus Zanchius Vngarus
Casparus Deczi Vngarus [1])
Stephanus Bekesi Vngarus
Martinus Korningen Nissenus
Vincentius Lange Nissenus
Gregorius Scholle Ermslebiensis
Gwilelmus Murerus Saltzingensis
Ioachimus Rumshagius Fridlandi.
Ernestus Couius Vrslariensis
22. Iohannes Spilkerus Huxariensis

1) Spät. Bem.: Pastor Tolnensis.

Ludolfus Langius Hanouerensis
Thomas Bücklinius Lycopperanus
Zacharias Meyerus Lipsensis
Casparus Nardanus Susatensis
23. Dauid Fleischman Dresdensis
Georgius Morgenstern Islebiensis
Iacobus Morgenstern Islebiensis
24. Canutus Schram ex Scandia nobilis
Ioannes Andreae Cimber
25. Wilhelmus Menger Winecensis ex Wettero.
27. Christophorus Welcerus Mansfeldensis
Antonius Herwardt Coburgensis
Georgius Diepoldt Aldenburgensis
30. Henricus a Rheten Brunsuicensis
Henricus Stappensen Brunsuicen.
Ludolphus Menardi Oldenburgen.
Georgius Steinbringk Lubecensis

Iunio.

1. Petrus Sinknecht Lubecensis
Martinus Schumacherus Gustrouiensis
Iohannes Haberlangk Brunsuicen.
Paulus Wittig Vratislauiensis
5. Christianus Petreius Mysenus
Andreas Vuanckel Hammelbergen.
Iohannes Wanckel Kembergen.
Petrus Wanckel Schmitbergensis
Martinus Wankel Schmitbergensis
6. Stephanus Schraderus Helmstettensis
Andreas Schröderus Ceruersten.
Iohannes Raspler Landshutanus Sil.
Petrus Poleus Nissensis
Theophilus Smalczing Kitingensis
Ioannes Stuntzel Kitingensis
7. Ioachimus Orthman Parchemensis
Nicolaus Sartorius Parchemensis
Theodorus a Dingen Frisius
Antonius Meyners Lehensis
Aurelius Streitbergerus Curiensis
Martinus Greff Hallensis
Ioannes Kragius Luchouiensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8. Lampertus Thorculen Suollensis
Wilhelmus a Buchorst Suollensis
9. Theodorus Fabritius Ceruesten. } fratres
Iohannes Fabritius Ceruesten. }
Iohannes Piber Ceruestensis
Andreas Wagenicz Ceruestensis } fratres
Ernestus Wagenitz Ceruestensis }
Ioachimus Wormlitius Ceruestensis
10. Michael Ziglerus Salczensis Thurin.
11. Philippus Wenck Limpurgen. Westphal.
Matthias Koncken Brunsuicen.
Dauid Vötge Pasewalcen. Pomeranus
Marcus Krum Morauus
Iohannes Iustus Spoelinus Noribergensis
12. Petrus Iacob Güterbachensis
Gregorius Cosman Gubenensis
Iacobus Moricius Güterbachensis
Paulus Leman Güterbachensis
Petrus Thile Güterbachensis
13. Iacobus Krafft Brandenburgensis
Henricus Maior Güterbachensis
14. Carolus Paludanus Antuerpien.
Balthasar Pondo Dippolswaldensis
16. Valentinus Eccius Bartphensis
Georgius Henisch Bartphensis
17. Georgius Theusch Mellerstadius
Ioannes Pütner Wisenbrunensis
Christophorus Musonius Lobsenien. Polo.
18. Andreas Staudner ex Rötz in superiori Palatinatu
Michael Lemperger Hoffkyrchensis Austr.
20. Adamus Fisch Hausouiensis Morauus
Casparus Hoffman Briboriensis Silesius
Matthias Roth Argentoratensis
Ioannes Guntherus Wigandus Sundershaus.
21. Adolphus a Börstell nobilis }
Ludouicus a Börstell }
Ernesthus a Börstell } fratres
Leuinus a Börstell }
Conradus a Börstell }
Iohannes Fridericus a Schurstet
Ernestus nobilis eques a Plato
Christophorus Nocelius Wisenbergen.
Mauricius Wandhawer Porgensis
Andreas Nerkorn Walhusanus Thurin.
Ioannes Kurcelius Voitlandus
26. Georgius Doeringius Berlinensis
Michael Croppius Pontanus
28. Ioannes Molitor Vsingensis
Ernestus a Köttscha filiolus capitanei in Münchnewburg
Philippus Lindou Kalbensis filius
Mattheus Lindou Kalbensis pater
Iacobus Matthiae Danus Arhusianus
Iohannes Laurentii Danus Arhusianus

Iulio.

2. Andreas Rascha Plauensis
Hartmannus Dilo Butzbachensis
Gregorius Boech Grisensis Anhalti.
4. Ioannes Magnus Antuerpiensis
6. Iacobus Reinboth Islebien.
Martinus Bilauius Tinsensis Silesius
Thomas Schleffel Arnstattensis
7. Iohannes Heneman Schlibensis
9. Michael Dressler Leobschicen. Silesius
Christophorus a Bettin nobilis
Lucas Kuttenmulner Iglauiensis Mora.
11. Ioannes Peplopoeus Hessus
Iacobus Sicchardt Falckonauiensis
Georgius Vlentz Nouosoliensis
14. Christophorus Arbiter Neoburgensis
19. Iohannes Hubnerus Goltpergensis
20. Iohannes Baringus Hamburgensis
21. Iohannes Löhnman Cellensis
Christophorus Bolcz Cellensis
Franciscus Algerman Cellensis
Statius Deterdingk Hagensis
Philippus Bringk Liuoniensis
24. Ioachimus Ghamme Rostochiensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

25. Iacobus Sostman Osterrodensis
Ioannes Heisen Göttingensis
Ioannes Bruns Mündensis
27. Iacobus Fuchsius Belgarden. Pomera.
Ottho Rollus Dantiscanus
Marcus Radeleues Bochshutten.
Dampo Lagonis Hadirslebensis
28. Martinus Pfundelius Plauensis
Daniel Schaller Plauensis
Christophorus Fridericus Schlackenwer.
Ioannes Werner Plauensis
Hieronymus Heroldt Werdensis
Martinus Cunradt Disensis
29. Iodocus Bremerus Goslariensis
Henricus Greuenmeyer Goslariensis
Gebhardus Coquus Goslariensis
30. Matthias Thurius Vngarus
Erasmus Radewaldus Pyrnensis
Iacobus Amelunck Garlebiensis
Mauritius Buchbach Hallensis
Nicolaus Wolff Hammelburgensis

Augusto.

1. Iohannes Cremmerus Norinbergen.
2. Nicolaus Scriba Gothus
3. Nohe Wittenneue Hamburgensis
4. Martinus Cocus Zanensis
5. Laurentius Vffmpferdt Hamburg.
Michael Geschwindt Creilheimen.
Christophorus Boiemus Cyeneus
9. Burcardus Kyen Ronneburgen.
Casparus Konerdingus Hildeshei.
Wolffgangus Steyninger Bauarus
12. Iohannes Rosa Pritzwalden. March.
13. Adolarius Iringus Alendorffen. Hessus
Elias Segesch natus in Vngarica Prata in finibus Morauor. et Vngaror.
Georgius Wincklerus Ilebergensis
14. Dauid Homberger Freystattensis
Petrus Melpitz Schnebergensis
15. Valentinus Faber ex Bensen in ipsis finibus Boiemiae
21. Nathanael Carolus Meiningensis
Iohannes Cunradus Rhes Lindauiensis
22. Salomon Linck Hederslebensis
23. Ernestus Heltbergk Walsrodensis
27. Christophorus Rütherus Vratislauien.
28. Arnoldus Schneidermannus Bremensis
30. Henricus Kemmer Brunsuigen.

Septembri.

2. Christianus Rodenus Tittmarsen.
7. Mauricius Styggi Danus nobilis
Desiderius Fossius Danus
Romanus Staudacher Clagenfurtensis ex Carneola
12. Philippus Hurederus Rhigen.
13. Dauid Böler Schnebergen.
Gerardus Heblerus Rhigensis
26. Conradus Erichleben Stendaliensis
30. Daniel Starck Fridbergensis

Octobri.

2. Iohannes a Wentzk Silesius
Iohannes Henricus Eck Baden.
Blasius Weinkauff Badensis
5. Nicolaus Vallenbostel Holsatus
12. Michael Hofferus Ottingen. Bauarus
15. Zacharias Schnuer Gandersheimen.
Theodoricus de Andecten Hanoueren.
Ioannes Schurman Monasteriensis
Conradus Berch Colbergen. Pomera.

Summa omnium 281 [280].

Gratis inscripti.

Maio.

3. Christophorus Frumman Islebien.
11. Iohannes Tetzelerus Embeccen.
12. Ioachimus Widstok Spondauensis
Christophorus Emmel Mittelwalde.
13. Valentinus Copper Mariepergen.
17. Henricus Heringus Erfurtensis
25. Iohannes Becker Oldeburgensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf